Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Marcius

Anniuersarius dni friderici mainzog Conradi gropp
et aliorum parentum eorum qui dederunt lb iiij aqlegen de C
auf slatin ut habetur in priuil D. K. / Et mgri Rudolfi de
Eisaingen dt. a xxiiij° anno xp̄ i curia karitsch i veles
expensas ut habetur in libro capituli ij Non decembris pagat
cum placebo et missa defunctorum.

21 c

22 d Kathedra sancti petri

Anniuersarius Vlrici mercatoris de Braunegk et Sigille uxoris sue pro morte xpo ut habetur viiij kl marcij / Et Conradi Müdler de Braunegk pro area in Kagn domo et quatuor agris ut habetur in libro capitulari vij kl aprilis / Et pagat cum pla. missa et vigilijs minoribus lectis.

23 e

24 f Mathie apostoli

25 g Walpurgis virginis

F. vij. kl. Natale sancti Mathie apostoli / qui post dni ascensionem ab apostolis sorte electus est in apostolatum loco iude traditoris / apud iudeam xpi euuangelium predicauit / a iudeis captus et ab eis quasi blasphemus lapidatus est / Et inuencio capitis precursoris dni tempore marciani principis / qui idem precursor duobus monachis primum ubi idem eius caput relatum iaceret reuelauit.

G. v. kl. Walpurgis virginis de brittania orta soror sancti wilibaldi epi fuit et in monasterio hildensheim sanctis monialibus fuit iuncta ubi orationibus / vigilijs et ieiunijs dno seruiebat / tandem in dno quieuit / Apud egiptum natale sanctorum victoris victoris nicofori claudij diosori serapionis et papie sub imperatore ualeriano qui diuersimode passi.